

Joachim Albinus Joachim Hassaeus

Septima Disputatio Feudalis De Amissione, Et De Volutione Feudi, Eiusque Fructibus Et Impensis

Rostochii: Ferberus, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730876160>

Druck Freier  Zugang



SEPTIMA ^{26⁷} 9
DISPUTATIO FEUDALIS

De
AMMISSIONE, ET
DEVOLUTIONE FEVDI,
EJUSQUE FRUCTIBUS
ET IMPENSIS.

Quam

DIVINA PRÆSENTI CLEMENTIA,

Permissu ac autoritate Magnifici & Amplissimi Ictorum
collegij in celeberrima ac Illustrissimâ Academiâ
Rostochina,


PRÆSIDE

CLARISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO VIRO
DN. JOACHIMO ALBINO
J. U. D.

Publicè proponit

JOACHIMUS HASSÆUS, ROSTOCH.

Horis antemeridianis, In Auditorio Majori, 9. die Maij,



ROSTOCHII,


Typis AUGUSTINI FERBERI, Anno 1621.

R. U. - jur. 1621 Albinus, Joachim/a

REPTIMA
DEPUTATIO REPTALIS

AMISSIO REPT
DEVOTIO REPT
REPTIO REPT
REPTIO REPT

REPTIO REPT
REPTIO REPT



REPTIO REPT
REPTIO REPT

REPTIO REPT
REPTIO REPT

REPTIO REPT
REPTIO REPT



DISPUTATIO FEUDALIS VII.

DE

AMMISSIONE, ET DE VO-
LUTIONE FEVDI EJUS-
QVE FRUCTIBUS ET IM-
PENSIS.

Π Α Ρ Α Σ Κ Ε Τ Η.

OMnium rerum, quas natura progenerat, certi modi sunt constituti, quibus oriuntur, & quibus intereunt, ac rursus moriuntur. Ad harum exemplum & imitationem se quoq; referunt, qua hominū inventione ac dispositione in lucem prodierunt: sicut id videre est in Patriā potestate, tit. Inst. quib. mod. patr. potest. solv. Matrimonio, tit. ff. de divort. & repud. Tutelā, tit. l. quib. mod. tut. fin. Usufructu §. f. l. de usufr. Testamentis, obligationibus, & passim ex tot. jure civ. & can. Idem sanè in usibus Feudorum observatur. Expositus igitur supra modis, quibus Feuda legitimè constituentur, & acquirantur: Posthac dispiciendum erit, quo pacto acquisita rursus finiantur & amittantur: Tum ad quem amissa devolvantur: Et deniq; ad quem fructus & impensa amissorum pertineant. De quibus presentis nostri futura est instituti consideratio.

T H E S I S I.

FEUDUM semel Vasallo legitimè acquisitum, sine justā causā non amittitur; (a) Amittitur autem vel culpā (b) vel citra culpam. (c)

(a) arg. l. id quod nostrum. ff. de R. J. adeo ut nec Imp. ex plenitudine potestatis, aut cum totā

K 2

Majesta-

Majestate Vasallo Feudum auferre possit, sed cum causa justâ, *c. un. i. F. 7. c. un. 1. F. 2 2. Niell. d. F. 8 th. 1. lit. c. (b)* Quam Obertus *c. un. 2. F. 23.* synecdochicè vocat ingratitude, positâ specie pro genere, *Seiser. d. F. 9 th. 3. & 4.* Et accipimus in latissimâ significatione, ita ut non solum crimina dolo perpetrata, sed etiam latam culpam comprehendat *c. un. ibi) scienter. 1. F. 17. c. un. ibi) nunquam faciam 2. F. 7. c. un. §. pratered. 2. F. 24. Niell. d. D. th. 1. lit. C. Gothofred. disput. F. 11 th. 1. lit. B. Schrad. eleganter in tr. F. p. 9. sect. 7. quast. 22. n. 16. & seqq.* An autem ob hanc culpam ipso jure Vasallus Feudum amittat, an verò sententia judicis delaratoria sit necessaria, discrepantes sunt Dd, opiniones. Nos sententiam declaratoriam ad majorem & evidentiorum causæ examinationem requiri putamus per *c. un. 1. F. 21. 22.* Et licet *Rosenthal. c. 10. concl. 41. n. 25. cum seqq.* aliquot casus recensat, quibus dominium Feudi, secundum receptam in praxi sententiam, ipso jure amittitur, tamen Dominum Feudi possessionem apprehendere posse propriâ autoritate non putamus, *Vult. de F. c. 11. n. 57. Obrech. lib. 4. de F. c. 6. n. 35. Rittersh. P. F. 2. c. 6. quast. 15. & seqq. Gothofr. Diss. F. 11. th. ult. lit. 4. Geil. lib. 2. obs. 51. Diss. Bocer. cl. 4. diss. 17. th. 137. (c)* De quo amissionis modo dicemus in *th. 9.* Illud hæc quasi asterisco notandum, quod citra culpam propriè Feudum dicatur finire, culpâ verò commissâ amitti: quare si genuinam verborum finire & amittere significationem ponderare, ac ad vivum quis refecare velit, sanè haud parum discriminis inter Feudi amissionem & finitionem faciendum esse censeremus, ad imitationem *Pau- l. 3. senr. 6.* inter hæc duo, finire & amittere
usum fru-

usufructum non sine ratione distinguatur
 Sed cum de verbis digladiari non videtur ope-
 ra precium, quando de re constat, nec hac cu-
 riosâ distinctione opus esse censemus: præser-
 tim cum & Imp. eam non observavit in §. f. f.
 de usufr. Rittersh. P. F. 2. c. 5. q. 1. Gothofr. d. 11. th. 1.
 lit. E. Diss. Gædd. Diss. F. 9. th. 1. Arithm. D. F. 9.
 th. 1. Obrecht. de jure Feud. lib. 4. c. 1. n. 4.

II.

Culpa alia est Commissionis, alia Omissionis; (a) u-
 traq; in libris F. Felonia appellatur (b) quæ vel in i-
 psium Dominum perpetratur; (c) idq; aut directò (d) aut
 obliquè; (e) vel in extraneum: (e) Et quia ejusmodi cul-
 pæ, seu delicta facti sunt, amissionis causæ omnes ac
 singulæ regulâ aliquâ certâ ac definitione rotundâ
 comprehendi nequeunt (g).

(a) illa hac longè est gravior ac deterior l. Me-
 trodorum. 46. ff. de pœn. Geil. lib. 2. de P. P. c. 6. n. 2.
 Gædd. Diss. F. 9. th. 3. lit. B. Vult. A. F. c. 11. n. 16. Niell. d. F. 8.
 th. 1. lit. d. Bocet. l. 4. d. 17. th. 7. & ad l. 23. de R. f. c. 3.
 n. 4. (b) c. un. §. Domino 2. F. 26. c. un. 2. F. 47.
 Quod verbum commune in utriusq; personâ
 tam domini, quàm Vasalli per dd. text. deno-
 rans culpam seu delictum: De origine vocabu-
 li varia sunt Interpp. judicia. Quidam enim
 à fallo, quidam à Græco φήλωσις & φήλωμα
 deducunt. Cujat. ad tit. 2. F. 2. Verius tamen
 id Germanico idiomati, **Fählen oder fallen**
 acceptum ferimus: Germanis dicitur ein
Schelmstück/ sicut not. Vult. d. c. n. 17. Rittersh.
 d. l. q. 2. Gædd. d. diss. th. 3. lit. C. Obrecht. lib. 4.
 de F. c. 2. n. 3. Arith. Gothofr. & comm. FF. h. loc.
 Vocatur etjam Felonia alio nomine Longo-
 bardis **ASTALIUM** ab astu, unde ortum
 astalire c. un. 2. F. 5 & 17. Rittersh. d. loc. (c) puta,
 R 3
 supse

Si ipse Dominus offendatur, de qua *ib. 3. & 4.*
 (d) si personæ potestati, affectuiq; ejus subje-
 ctæ, aut res lædantur, de quibus *ib. 5. & 6. (e)*
 vid. *th. 7. (f)* jus enim positum est in causâ *l. si ex*
plag. 12. §. in olivo. 2. in f. ad L. Aquil. hoc est, fa-
cto, de quo jus est in genere scriptum, accom-
modatur, Vult. lib. 2. f. P. R. c. 2. & in factio possi-
rum est, l. obligamur § 2. §. ex peccato. 8. de O. & A.
exquæ factio certificato respondet Jctus l.
eum quem. 70. §. 1. de judic. (g) c. un. 2. F. 23. 24.
§. sed quia. Vult. d. c. n. 11 Cum autem non ex
 omni causâ, ex quâ opinio vasalli gravatur,
 beneficium perdatur, *Niell. d. F. 8. th. 5. l. 4. Vult.*
n. 12. gravitatis ac atrocitatis æstimationem,
 judicis arbitrio committimus: ad cujus spectat
 officium, ut magis ad absolvendum, quàm
 condemnandum sit proclivis *l. 155. §. in panna-*
libus. d. R. f. Quare nimis crasse ac supinè vi-
 dentur errasse, qui ex *c. un. §. 2. vers. predictis. 2.*
F. 23. infallibilem, ut sibi persuadent, regulam
 efformarunt: ut, quas ob causas Jure Civ. justè
 filius exhæredatur, Donatio revocatur, &
 matrimonium dirimitur, ex ipsdem Feudi
 beneficium optimo jure auferri possit: Hæc
 igitur Regulæ licet sit communiter recepta, te-
 ste *Niell. d. F. 8. th. 2. l. B.* Nostamen nisi hujus-
 modi quid in Dominum sit commissum, ex
 quo illi injuria inferatur, nisi contrarium in
 jure feudali sit expressè receptum, vel huic
 materiæ sit inconueniens, supra dictæ regulæ
 nihil autoritatis aut veritatis tribuimus, cum
Shon. d. 10. th. 17. l. b. Arum. d. F. 8. th. 27. Diss.
Niell. d. l. Borch. c. 8. n. 131. Duar. c. 14. n. 25. Moz. 7.
17. F. 11. ex quib. caus. F. am. n. 120.

III.

Causæ, quæ Vasallum exuunt Feudo, ob culpam
 in ipsum

in ipsum Dominum immediatè commissam, hæ sunt. Si Dominum occidat, (a) atroci injuriâ afficiat, (b) ex insidijs, vel vi, in vicis, arcibus, vel castris afficiat, (c) in perniciem Domini cum inimicis ejus amicitiam contrahat, (d) Feudumvè inficietur. (e).

(a) Gladio, an veneno, aut alio modo, nihil interest, *S. porro, ibi) vel mortis, m. c. un. 2. F. 24.* Nisi id Vasallus d' fensionis suæ gratiâ fecerit, cum aliter periculum evitare non possit *l. 3. de l. & l. l. 4. l. 45. § qui cum ff. ad L. Aquil.* Moderamine tamen inculpatæ tutelæ observato, aliàs enim non minus pœnam privationis evadet. Sic etiam excusatur Vasallus, si Dominum adulterio deprehensum occiderit: Hoc enim ipsi nihil gravius accidere, nec mors ipsa acerbior esse potest *l. isti quidem. §. §. quod si 2. ff. Quod. met. caus. Rittersh. P. F. 2. c. 5. q. 6. 7. §. Gothofr. disp. F. 11. th. 2. l. 4. (b) d. S. porro. §. un. 2. F. 24.* puta, si Dominum vulneraverit, verberaverit, non tamen animo occidendi, *Vult. d. c. n. 25.* Sic jure civ. ob hanc causam Donatio revocatur *l. f. C. De donat.* Uxor à marito repudiatur *l. consensu. C. de Repud. & filius à patre jure exheredatur N. 115.* Idem dicendum de injuriâ verbali Domino à Vasallo illatâ *d. S. porro, ibi) inhonestas injurias,* sive præsentis, sive absentis, per scripturam, vel aliter, illa enim est gravissima injuriæ species. *l. c. de famos. libell.* Ex circumstantijs autem prudens judex æstimabit, sitnè gravis injuria, nec né, videlicet ex personæ qualitate, *§. atroc. F. de injur.* Propterea etiam libertus Patrono contumeliam faciens, aut convitium dicens, exilio temporali coercetur *l. 1. de Jur. Patrono Bohn. Epit. F. p. 2. c. 1. n. 99. Rittersh. P. F. 2. c. 5. q. 10.*

Gothofr.

*Gothofr. d. disp. th. 2. l. a. & b. Nich. th. 1. sic a. Vult. d. l. n. 20. (c) Et sufficit hæc causa ad privationem Feudi, si vasallus habitationem vel castrum Domini esse sciverit, sive præsens, sive absens sit Dominus, & sive vasallus præsentiam Domini sciat sive ignoret. Omnino enim debuisset ab obsidione & oppugnatione castri dominici abstinere. Et hæc intellige de castro Domini proprio. In oppugnatione enim castri alterius a Vasallo factâ optimè distinguitur inter scientiam, & ignorantiam *Vult. d. c. n. 38. (d) c. un. 2. F. 57. Multo igitur magis, si cum Domini hoste: Hanc autem amicitiam spectare suam injuriam probabit Dominus Borch. c. 8. n. 121. Rittersh. d. c. 9. 12. Curt. p. 4. n. 37. Gothofr. th. 2. l. d. Schn. p. 8. c. 1. n. 55. & seqq. Vult. d. l. n. 29. Arum. disp. F. 8. th. 21. (e) dolo malo, & catheticè c. un. 2. F. 26. §. Vasallus s. & §. Vasallus Feudum. c. un. 2. F. 34. §. f. sive in, sive extra judicium: Quod si partem aliquam negat, parte etiam mulctatur: Sed si dubius Domino quærenti respondeat, Nescio, Feudum retinet c. un. 2. F. 26. §. Vasallus Feudum. c. un. §. f. 2. F. 34. Vult. d. l. n. 28. Arum. d. Disp. th. 17. vide Obruch. 17. F. lib. 4. c. 3. n. 2. & seqq.**

IV,

Item in ipsam Domini Personam Feloniam committit Vasallus, Si delator existat, (a) Credentiam nocendi animo manifestet, (b) Proditor fiat, (c) Dominum de crimine capitali accuset, (d) aliamvè actionem famosam contra eum instituat. (e)

(a) Unde grave damnum Domino oritur. c. un. §. Item s. 2. F. 24. Delatio autem multis modis dicitur fieri posse, vel extra judicium, vel accusando, vel testimonium dicendo lib. 2. F. 33.

§. similiter

§. Similiter. Unde delatores vocantur nuntij
 execrabiles *l. 4. C. de Delat.* Excipitur tamen cri-
 men læsæ majestatis, de quo quilibet delator
 esse potest. *Damboud. tr. crim. c. 6. n. 15.* Et ex-
 cusatur Vasallus, si officij necessitas accusatio-
 ni vel delationi causam præbeat, puta si esset
 fiscalis, aut heres defuncti, cujus necem vin-
 dicare cogitur. *Vult. d. c. 11. n. 27. Arum. d. d.*
ib. 13. (b) c. un. 1. F. 17. ibi nec id, quod mihi. c.
un. 5. tutum 1. F. 6. c. un. 2. F. 7. Sic jure civili
 qui secreta hostibus renunciant, proditores ha-
 bentur, & capite puniuntur *l. 6. de re mil. l. 38.*
§. 1. de penis. Revelatores enim semper sunt o-
 dio habiti, & ideò verustas, ut homines à tan-
 to scelere deterreret, finxit Sisyphum, quod
 Deorum secreta hominibus patefecit, eà apud
 inferos affectum poenæ esse, ut Saxum ad mon-
 tis acumen deferret, quod inde delapsum sta-
 tim repeteret. Et supradicta vera putamus, li-
 cet proposito eventus damnosus non respon-
 deat. *arg. l. 14. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 6. C. ad L.*
Corn. de vi publ. Arum. Disp. F. 8. ib. 23. Niell. d. d. ib. 5.
lit. g. Vult. d. l. n. 21. Obrech. d. tr. lib. 4. c. 3. n. 49.
 (c) Tùm quia Feudum à Fide dicitur, proditor
 verò omni fide caret, tùm quia Proditor Dis
 & hominibus est exosus; unde ipsius insignia
 obscurantur, nec vox proditoris auditur *c. ca-*
reat. 3. quest. 9. Borch. c. 8. n. 125. Vult. d. l. n. 35.
Curt. p. 4. n. 43. Arum. d. d. ib. 22. (d) Nisi suam,
 suorumq; injuriam prosequatur *arg. l. hi tamen.*
11. ff. de accus. l. 1. §. interdictum hoc 42. vers. aliter
atq; si vi. ff. de vi & vi arm. aut abolitione impe-
trata deseruerit accusationem, arg. l. qui cum 14.
§. accusare autem ff. de bon. lib. Rittersh. d. l. q. 16.
Vult. d. l. n. 27. Gothofr. ib. 4. lit. b. confer dicta th.
h. l. 4. (e) c. un. 2. F. 22. vers. curia autem; ibi) salv.

S

rever. &

verar. & tit. seqq. vers. quomodo enim. Nisi prius affectus sit atroci aliqua injuriâ l. 1. §. interdictum 43. vers. melius, erit. ff. de vi & vi arm. l. hi tamen. r. §. 1. de accus. Rittersh. q. 26. Gothofr. th. 4. litt. c. Quare nec interdicto undè vi adversus Seniore[m] potest experiri, cum & hoc existimatio ejus gravari videtur Rittersh. quest. 27. Gothofr. th. 4. Diff. Borch. c. 9. n. 18. Arum. d. F. 8. th. 15.

V.

Culpa adversus Dominum per consequentiam committitur in Personis potestati, affectuiq; ejus subiectis, veluti, si Dominum Vasallus cucurbitet, (a) hoc est, si cum conjugè (b) Domini, filiâ, nepte ex filio, aut cum nuptâ filio, seu nuru, (c) matre, (d) Sorore (e) Pedissequâ Dominæ, (f) ipsis etjam volentibus & petentibus (g) concumbat, vel concumbere se exercat. (h)

(a) Hoc vocabulum *Hotoman. in suo lexico* deducit à *curbitâ*: sed potius barbarum fontem sapere videtur: Undè *Cucurbitam* dicebant virum uxoris adulterio infamem, quem etjam argam appellabant, fortè à Græco *ἀργός*, quasi qui ejusmodi convitium pallio misericordiæ patienter quidem, sed turpiter operit. Aliam assignat huic vocabulo rationem *Rittersh. P. F. 2. c. 5. quest. 92. Curt. p. 4. n. 20. Obrecht. c. 4. n. 2.*
 (b) *c. un. 1. F. 5. §. si nem sic. un. 2. F. 17. 21. 27. & 24. §. rursus.* Quod verum putamus, non tantùm si consummaverit, sed etjam, si duntaxat attentaverit, vel inchoatum reliquerit, *l. 1. de extr. crim. l. 34. C. de adult. l. 1. C. ad Sc. Claud. Vult. 1. c. 11. n. 31. Schn. p. 8. c. 1. n. 151.* Idem dicimus de sponsâ Domini, si eam Vasallus virginitatis flore privaverit, *c. un. 1. F. 5.* Nec distinguimus inter sponsam de præsentî & futuro. Sic sine metu caducitatis cum concubinâ Vasallus concu-
 scesce-

fuescere haud potest, modò non sit injusta rati-
one sanguinis, arg. §. p. 1. de nupt. Gothofr. th. r.
l. b. Vult. n. 31. Rittersh. P. F. 2. c. 5. quest. 98. Arum.
th. 7. Ad viduam tamen hanc pœnam privationis
non extendimus per c. 1. §. 1. ibi) Eo vivente
1. F. 21. Nisi eo casu, quo filium vidua ea habe-
ret, qui patri in Feudo succedens Dominus hu-
jus Vasalli effectus esset, tunc Vasallus cum
eâ congregiendi Feudum amitteret, Vult. d. l.
Bocer. cl. 4. d. 17. th. 56. Gothofr. d. l. Serser. d. F. 9.
th. 22. Schr. tr. F. p. 9. c. 2. n. 9. ibi) quad tamen. Diff.
Arum. th. 5. Curt. p. 4. n. 20. (c) d. §. item si 1. F. 5.
Borch. c. 8. n. 95. Curt. p. 4. n. 27. 28. Obrecht d. l. c. 4.
n. 19. 20. 21 (d) Curt. d. p. n. 30. Rosenth. c. 10. concl. 58.
(e) modò sit adhuc in domo Domini c. un. 2.
F. 24. §. rursus. Secùs est in Sorore conjugatâ.
d. c. un. Curt. d. p. 4. n. 29. Obrecht. d. tr. & c. n. 28.
In domo autem manere, idem est, quod facta
ac tecta servare τὸ πρὸς θεῖα siquidem eo ipso
quod soror manet innupta, in domo persistit,
hoc est, familiâ, quâ de est frater. (f) Ut voluit
Rittersh. P. F. 2. c. 5. q. 105. arg. l. 15. §. tenetur. §. seq.
§. meminisse. de injur. & d. t. 6. F. 2. ibi) honestum
Dicitæ autem Personæ si fuerint publicæ me-
retrices, pœnam privationis non meretur Va-
sallus. In meretrice enim nec adulterij nec
supri crimen propriè committitur. l. si ea.
22 C. ad l. Jul. de adult. (g) l. 1. §. neq. aded.
l. si qui. 26. de injur. Vult. d. c. n. 31. in f. Schon.
d. 10. lib. 1. th. 64. lit. a. Obrecht. d. tr. & lib. 6. 4.
n. 8. (h) puta si turpiter cum eâ luserit, manum
in sinum ejus inferendo, mamillas & fœmora
attingendo &c. d. §. item si. l. Divus. 4. ad. l.
Corn. de sic Curt. p. 4. n. 29. Arum. th. 3. Obrecht.
d. l. n. 12. & seqq. Aut ipse quidem uxorem Do-
mini, cæterasq; Personas non impuravit, sed
alicui facienti opem tulerit, veluti si fuerit in-

renunciatus seu proxeneta inter Domini uxorem, & adulterum, tum enim ipse Vasallus esset in causâ per *l. 9. ad L. Jul. de adult.* Et sicut sublati receptatoribus non essent fures & latrones, *l. 1. de recept.* Itâ nec adulteri tam crebri forent, aut certè non diu laterent, si non essent sequestri Veneris, atq; emissarij, quos elegantur à quodam Accipitres mulierum appellari comprobat *Rittersh. quest. 97.* Limita tamen, si ignorans talem esse, vel Domini voluntate fecerit. *Curt. d. l. n. 28. & 29. Vult. n. 31.* Quid autem si quis postquam se exercuit, à proposito destitit, an nihilominus F. Privabitur? Si fecit quâritate, sed impossibilitate repulsus, privabitur. Sin autem potuisset propositum perficere, & tamen destitit, secus est. Idem dicimus, si Vasallus osculetur d. d. Personas, modò sit turpe & luxuriosum osculum, nec consuetudo regionis hoc patiatur: Et si literis amatorijs, munusculisvè ad expugnandam earum pudicitiam usus sit. *Borch. c. 8. n. 98. cum seq. Niell. d. d. th. 5. l. 6. Rittersh. d. c. 5. q. 95. Vult. n. 31. Bocer. d. cl. & d. th. 44.* Non tamen amittit Vasallus Feudum, si cum uxore Domini rem habere sibi tantum proposuit. *Curt. de F. p. 4. n. 25. Moz2. de F. t. ult. n. 42.* Vele etjam hoc suum propositum uxori verbis exposuit, *Rosenth. c. 10. concl. 28. n. 18.* alias enim Vasallus injustè cogitationis poenam luere t, contra *l. 18. ff. de poen.*

VI.

In rebus læditur Dominus, si abusus sit rebus feudalibus Vasallus, (a) item, si Feudum dolo malo alienet, (b) Idq; Domino inconsulto.

(a) putâ, si nimiam sævitiam exerceat in subditos, destruat bona feudalia, arbores incidat, ut salva Feudi substantia haud peristat *c. un. 2.*

R. 2. q. 1.

F. 24. §. predictis. c. un. §. quicumq. 2. F. 27. Vult. d. c. n. 39. Curt. d. l. n. 44. Arum. th. 24. Geil. lib. 1. de P. P. c. 2. n. 22. Obrecht. d. tr. lib. 4. c. 3. n. 14. & seqq. Nec Vasallum ut à sœvitiâ desistat, necessariò præmonendum esse putamus, quo Feudi privationem patiat, cum ratio naturalis ipsum satis ab immanitate dehortetur. l. libertos. C. de obs. patr. præst. Arum. d. d. th. 25. Diff. Borch. c. 3. n. 130. Niell. d. 8. th. 5. l. L. (b) c. un. 1. F. 5. in fin. c. un. 2. F. 9. c. un. 2. F. 52. 55. Vult. n. 40. Gædd. d. 9. th. 6. l. d. Borch. n. 28. Curt. n. 81. Si verò partem tantum alienavit, partis alienatæ jacturam facit, c. un. 2. F. 38 c. un. 1. F. 21. §. fin. ibi) beneficium suum, & c. confer l. 52. ad Ss. Trebell. l. 8. de leg. 1. Curt. n. 153. Giph. d. 5. th. 38. Vult. n. 40. Obrecht. d. l. n. 26. & seqq. Quod verum est, licet alienatum Feudum Dominus statim recuperet, c. un. 2. F. 44. Vult. n. 43. Fach. 7. contr. 84. Diff. Curt. n. 204. in fin. Et licet conditio Domini sit facta melior, Borch. n. 78. Giph. d. d. th. 39. Nec veniam damus Feudum alienanti ob famis, nuditatis, æris vè alieni necessitatem propter c. un. 2. F. 9 ibi) necessitate. c. un. 2. F. 55. pr. vers. habito ergò, ibi) ut nulli. & ibi) ut pro animâ judicare. Rosenth. c. 9. n. 8. & seqq. concl. 3. Giph. th. 35. (c) Undè si Vasallus in Feudi alienatione adijciat illam conditionem, Salvo Domini beneplacito, non aliter, nec alio modo Feudum perdit. Borch. n. 82. Vult. n. 44. Sic etiam limitatur in eo, qui accepit Feudum pro se, & quibus ipse dederit c. un. 2. F. 48 Fach. 7. contr. 82. Et demùm si loci consuetudo id permittat.

VII.

Respectu extranei culpam committit Vasallus, Si fratri suo, aut filio ejus parricidium inferat, (a) Crimen

S 3

læsæ ma-

læsa Majest. perpetret, vel in Deum, vel in hominem
(b) incestu sese polluat (c) Et deniq; tale quid com-
mittat, ob quod honestè, & sine turpitudine in curiâ
Domini stare nequit. (d)

(a) *c. un. 2. F. 24. vers. deniq; c. un. 2. F. 37. Rorch. c. 8. n. 102. Arum. th. 1. Vult. n. 34* quod extendimus ad omne aliud parricidium. *Curt. p. 4. n. 39. Vult. d. l. Schr. p. 9. c. 3. n. 25.* licet tantum opem, & consilium dederit, per *vulg. jur. vid. th. 5. l. b.* vel eventus propter impedimentum non sit secutus. *l. sciente 7. ad L. Pom. de parr. vid. d. th. l. b.* Quid autem si non occidat, sed dolo captivam detineat, aut carceri mancipandam tradat aliquam ex prædictis Personis? Idem statuimus, *Curt. n. 39. Vult. n. 34. Rosenh. d. c. 10. concl. 30. n. 31.* Si verò fratri Domini fata præparet, Feudi jacturam non sustinet. *c. un. 2. F. 37.* nisi id proditorie vel in contumeliam Domini fecerit; Nec qui patrem spiritualem è medio tollit, *Rittersh. q. 114. Diss. Schr. d. c. 3. n. 25.* Nec qui manus violentas sibi infert, cum nullius post mortem amplius culpæ reus sit, *Vult. n. 34. Ros. c. 10. concl. 35. n. 11.* (b) ut tradunt communiter *Dd. ad l. quinquè C. ad L. Jul. Maj. Vult. n. 36. Mozz. d. c. n. 72.* (c) *Rorch. n. 105. Schr. p. 9. c. 3. n. 1. Rittersh. quest. 120. 122. Obrecht. n. 27. confer. tit. 37. & 56. 2. F. Diss. Boer. à cl. ac diss. th. 105. Curt. n. 40.* Non tamen quodvis aliud stuprum Vasallum privationi Feudi facit obnoxium: Difficile enim est incendia extinguere libidinibus, quæ impuberes simul & juvenes vexat, vires enervat, senes stimulat, decrepitos fatigat, non aspernatur tuguria, non reveretur palatia; ubi autem provocatio major, ibi delictum levius reputatur. (d) *Dd. & tex. in c. un. 2. F. 37.*

2. F. 37. Non tamen propter unum quodq; adulterium Feudi naufragium facit, cum solùm certæ Personæ enumerantur, cum quibus Vasallus coeundo Feudo cadit, *c. un. §. 1. 2. F. 17. c. un. §. rursus. 2. F. 24.* Sic nec ob homicidium, licet enim fratrem Domini interfecerit, non tamen Feudo propterea cariturus est. *c. un. 2. F. 37. Vult. n. 36. Rosf. c. 10. concl. 35. Niell. 1b. §. l. k.*

VIII.

Omittendo in culpâ Vasallus est, si servitia debita præstare recuset, (a) conpirationem contra Dominum factam non detegat, (b) justitiam ei facere negligat, (c) Si cum Domino in militiam profectus, cum in campetri prælio, vel navali conflictu sub dubio vitæ discrimine periclitantem, non tamen lethaliter vulneratum dimittat, (d) Et deniq; si intra legitimum tempus investituræ renovationem non perat. (e)

(a) Quâ nullam ait Obertus *lib. 2. F. 24. §. sed non alia.* Justiorem causam esse. Et *Hotom d. F. c. 41. vers. Decimatertia*, dicit, hoc propriè esse crimen feudalitium, Feuda enim non otij, non luxus, non voluptatis, sed ideò concessa, ut Domino fideliter serviatur. *Borch. n. 111. Vult. n. 22. Arum. 1b. 12. Obrecht. n. 20. & seqq.* Excusatur tamen si ex justis causis impediatur, quibus de videatur *Schn p. §. n. 96. & seqq.* nisi istæ causæ dolo vel culpâ Vasalli essent inventæ, *arg. l. 2. ff. Si quis caution. (b) c. un. 2. F. 24. §. præterea. Vult. c. 11. n. 47.* Vel aliam grandem jaëcturam imminentem sciens non indicet, aut avertat, *c. un. 2. F. 41. d. §. Obrecht. n. 2. & seqq. c. 5.* aliove modo in angustijs constitutum, non juvet, putà, si injuste in carcerem detrum, cum possit, non liberet, *Borch. c. 8. n. 137. Vult. n. 48.*

Vult. n. 48. Obrecht. c. 5. n. 3. & seqq. Arum. th. 16.
 (c) Hoc fit, si Feudi ratione à Domino in ju-
 dicialium citatus non comparuerit. Nam et si
 Feudi amittendi nulla alia causa fuerit, tamen
 ob contumaciam Beneficium perdit, *Arum.*
th. 11. Obrecht. c. 6. n. 6. & seqq. (d) Neq; quo-
 cumq; modo opem ferat, *c. un. 1. F. 5. pr. c. un. 5.*
f. 2. F. 21. 24. §. item si, & c. un. 2. F. 57. Gothofr.
th. 8. l. 6. Duar. c. 14. n. 4. Curt. p. 4 n. 4. Vult. n. 19.
 Licet Dominus illæsus evaserit, *c. un. 1. F. 5.*
 nec refert an Vasallus ita fugiens diu in fugâ
 perseveraverit, *arg. l. qui cã mente. ff. de furt. l. 6. §.*
qui in acie, de re mil. Ubi capite punitur, qui
 prior fugam accipit. Nec Dominum solum
 dereliquerit, fortè post se relinquens fratrem,
 qui strenuè interim pugnaverit. *Borch. n. 87. Vult.*
n. 19. Arum. th. 1. Diss. Schr. tr. F. p. 9. c. 1. n. 5. &
ab ipso citati. Excusatur tamen Vasallus, cum ad
 juvandum Dominum factus est inhabilis, pu-
 ta, brachij abscessis; vel cum in eas angustias
 redactus, ut nisi fugâ sibi consulisset, actum
 de se fuisset; vel cum Dominus certò erat pe-
 riturus, Vasallus maturius asyllum fugâ sibi
 quæsit; vel cum ex verosimilibus con-
 jecturis existimasse videretur Dominum mortife-
 rè vulneratum, *Arum. th. 2. Obrecht. c. 5. n. 22.*
 (e) *c. un. 1. F. 22. c. un. 2. F. 24. pr. c. un. 5. f. 2.*
F. 40. c. un. 2. F. 52. §. f. Vult. n. 23. Niell. th. 3. Borch.
n. 4. & seqq. vid. th. 25. Diss. nostri Colleg. 4. Schr.
tr. F. p. 9. c. 1. n. 2. Obrecht. d. tr. & lib. n. 2. Nec
 elapsum hoc investituræ tempus moræ satisfa-
 ctione purgare Vasallus potest. *Niell. th. 4. Rit-*
tersh. quest. 45. Gothofr. th. 8. l. f. Sich. in l. 2. n. 20.
& 21. C. de jur. Emph.

I X.

Citra culpam amittitur, seu. finitur Feudum inte-
 teritu rei

teritu rei feudalis, (a) Temporis lapsu, (b) Morte,
(c) Conventione contrariâ, (d) Clericatu, (e) alijsq̃
modis. (f)

(a) *arg. l. 178. de R. J. exemplum est in § p. J. de Nupt. l. 37. de fidei c. Arihm. D. F. 9. th. 1. l. c. Gædd. th 2. l. a. vult n. 5.* Nisi postliminio res in F. concessa redierit, & recepta fuerit: tunc enim & Domino directum dominium, & Vasallo Feudum restituitur, *arg. l. si ager. 26. ff. quib. mod. usufr. amit.* Et generaliter est verū, res ab hostibus captas & recuperatas non fisco, sed veteri Domino & possessori cedere. *l. si captivus §. 1. de capt. & postl. rev.* (b) ut sunt Feuda impropria Guardianorum, Castaldorum, & c. *c. un. 1. F. 2.* Huc refer Habitacionum Feuda, quæ morte accipientium finiuntur. *c. un. 2. F. 105.* Similiter Feudū Cameræ, & Cavenæ seu Soldatæ tam dantis, quàm accipientis morte expirat *c. un. 2. F. 10. inf.* Eodem pacto omnia sua Feuda Turcarum Imp. elocare solet, quæ illi, Timar vocant: ut mortuo Vasallo extemplo ad ipsum revertantur, *Bodin. de Rep. lib. 1. c. 10. in pr.* (c) Vasalli seu Domini discedentis sine liberis masculis *s. un. 1. F. 3. §. rursus. c. un. §. & si clientulus. 1. F. 13.* Neq̃ Mors intelligenda naturalis tantum, sed etjam civilis: Feudi enim origo non ad jus naturale, sed civile referenda est, cujus, nisi qui cives Romani, non sunt capaces. *Vult. n. 6. 7. 8. Obrecht. c. 1. l. 4. de F. n. 6.* (d) Eorum, quorum interest, veluti refutatione Feudi, quæ fit Domino à Vasallo, vel remissione, quæ fit Vasallo à Domino, *c. un. 2. F. 44. 14. 39. 49. Borch. n. 53. Vult. n. 11. Fach. 7. contr. 60. Obrecht. d. 1. n. 10.* (e) *c. un. 2. F. 21. 26. §. clericus. 30. & 36.* (f) Veluti defectu virium, itâ ut officijs inhabilis fit redditus, *c. un. 1. F. 6. c. un. 2. F. 36. arg. l. 31.*

T

de her.

de. her. inst. Furiosus tamen in F. novo indistinctè succedit, in antiquo autem si talis sit ex accidenti, non etiam si naturà sit ejusmodi, nisi dilucida intervalla habens. *Arithm. d. 8. th. 8 l. d. Evictione, Schr. p. 9. c. 10. n. 4. præscriptio- ne &c. Fach. 7. contr. 61. Gædd. th. 2. l. b.*

X

Ex iisdem causis, quibus Vasallus Feudi usumfru-
ctum amittit, etiam Dominum ejus proprietate priva-
ri putamus: (a) Antedicta verò de Feudi amissione o-
mninò vera sunt, nisi culpam Vasallus & Dominus in-
vicem sibi remiserint, (b) quod fit vel expressè, (c) vel
tacitè. (d) Quamvis moribus nostri temporis Vasalli &
Domini eà libertate abutantur, ut hujusmodi pœna-
rum fulmina non admodum reformident. (e)

(a) *c. un. 2. F. 26. S. Domino. c. un. 2. F. 42. vid. disp. præc. hujus collegij th. 1. lit. c.* (b) Qua remissione sibi quidem, non autem ijs, quorum inter-
est, puta agnatis, ad quos Feudum amissione devolvitur, præjudicare posse constat ex *c. un. si Vasall. F. priv.* (c) Modo culpa ista sit præteri-
ta. Nam futuram remittere est contra bonos mores, & delinquendi præbet occasionem (d) Ut si post Feudum amissum Dominus Vasallum iterum investiat; si Vasallo duntaxat denun-
tiet, ut investituram accipiat, & servitia præ-
stet; si à Vasallo servitia recipiat &c. *Vult. n. 61.* (e) Nam teste *Rittersb. in P. F. t. 5. q. 4.* Ex cau-
sis jure Feudali expressis non facilè solet super
commisso & Feudi Privatione pronunciari,
sed potius alia pœna, & quidem pecuniaria
pro delicti qualitate Vasallo irrogari, quam
ad hoc extremum & asperrimum remedium
perveniri.

XI.

Feudum ità delicto Vasalli amissum, (a) si novum
est in-

est indistinctè ad Dominum redit, sive illud Delictum in ipsum, sive in alium sit perpetratum: (b) Si antiquum similiter ad Dominum, culpâ in ipsum directò vel obliquè commissâ, devolvitur: (c) In alium verò, quàm Dominum factâ, agnatis proximioribus defertur, (d) Exclusis filijs: (e) Domino autem Feloniam committente, (f) proprietatis Feudi Vasallo, non ei, qui Domino successurus est, assignatur.

(a) Finitum enim ob Vasalli mortem ad quos devolvatur, Successionis jura docuerunt *suprà in disp. 5. nostr. coll.* Clericatu verò à Vasallo assumpto, Feudum si novum est, ad filios vel his deficientibus ad Dominum, Antiquum verò ad filios vel agnatos devolvitur, *c. un. 2. F. 21. 37.* Et si Vasallus vitio aliquo corporis, ut si sit mutus, surdus, vel aliter factus imperfectus ad servitia præstanda; Tunc Feudum novum ad Dominum exclusis filijs & agnatis; antiquum verò ad filios vel agnatos defertur. *Rittersh. P. F. 2. c. 6. q. 20, (b) c. un. §. f. 2. F. 24. c. un. 2. F. 31. 44. c. un. §. item si 1. F. 5. c. un. §. callidis. 2. F. 55. Curt. p. 5. n. 2. Vult. c. 11. n. 70. Schn. p. 8. c. 2. n. 4. Pistor. lib. 2. p. 1. q. 4. n. 59.* Quod tamen fallit, si Feudum non minùs contemplatione filiorum, quàm Patris ab initio à Domino concessum fuerit, vel ità, un constat, mentem ac voluntatem concedentis fuisse, quod Patris delictum filijs non debeat nocere. *Vid. Ant. Gothofr. D. F. 12. ib. 1. l. c. Curt. p. 5. n. 4. 5. Pistor. p. 2. quest. 16. (c) c. un. §. demig. 2. F. 24. c. un. 2. F. 37.* Non tamen irrevocabiliter & perpetuò apud Dominum manet, sed tantùm, quamdiu vivit delinquens, *c. un. 2. F. 24. §. fin. ibi) saltem. 2. F. 37. c. un. 2. F. 40. §. f. Pistor. lib. 2. quest. 15. n. 32. &*

T 2

segg. O-

seqq. Obrecht. d. l. c. 9. n. 13. & seqq. Vult. c. 11. n. 70.
Diff. Fach. 7. contr. 22. Sed hoc miris dissensionum
Mæandris involutum est, an Feudum alienatum sine
Domini consensu, vel ob non petitam investituram
amissum, ad Dominum, vel agnatos pertineat? Nos tam
Antiquum, quam Novum, non filijs, vel agnatis, sed
Domino aperiri utroq; casu statuimus; Antiquum tamen
non perpetuò & irrevocabiliter, sed donec alienans,
vel petitionem investituræ negligens, superstes est;
Eo verò defuncto ad proximum agnatum redire, æquitas
ratio efflagitat, confer c. un. 2. F. 38. c. un. 2. F. 5. c. un.
2. F. 44. c. un. §. callidus. 2. F. 155. Eleganter Obrecht
de jur. F. lib. 4. c. 9. n. 8. & seq. n. 101. & seqq. Fach.
7. contr. 25. Arum. D. F. 8. th. ult. in f. Diff. Curt. p. 5.
n. 12. Pistor. lib. 2. quæst. 18. n. 6. (d) d. c. un. §. f. 2.
F. 24. nec expectanda est mors Vassalli delinquentis,
sed quamprimum Feudum ad agnatos devolvitur, d. c. an.
§. f. Pistor. d. p. q. 15. n. 1. & 3. Goth. d. d. th. 3. l. a. Vult. de F.
c. 11. n. 71. Obrecht. d. l. c. 9. n. 133. Nec duntaxat ad eos
agnatos, qui tempore Feudi commissi quæto aut
ulteriori gradu à Vassallo delinquente absunt, sed
etiam ad proximiores jure redit arg. l. crimen. 26. de
pœn. l. Sancimus, C. eod. c. un. 2. F. 37. 24. 26. 31. Vult. lib. 1. c. 11. n. 71.
Fach. 7. contr. 21. Rosf. c. 11. concl. 10. n. 1. Obrecht. d. l. n. 136.
usq; ad fin. Diff. Curt. p. 5. n. 10. Borch. de F. c. 8. n. 152.
(e) c. un. 2. F. 31. 26. 24. §. f. & c. un. 2. F. 37. Hic
incidit quæstio ab instituto nostro non aliena. An
Bonis allodialibus Vassalli publicatis, Feudum simul
in fiscum transeat? Nos statim vel ad Dominum, vel
agnatos Feudum dilabi, secundum dictam h. th. distinctionem
constanter asserimus cum Peregr. de jur. Fisc. lib. 5. l. 1. n. 106.

Vult. c. 11.

Vult. c. 11. n. 116. Harp. 17. crim. §. 3. J. de P. J. Gail. 2. de P. P. c. 4. Bocer de R. J. c. 3. n. 112. Fach. 4. contr. 20. Piff. 2. q. 15. n. 7. Curr. p. 5. n. 14. (f) c. un. 2. F. 6. in fin. & c. un. 2. F. 22. 26 §. Domino c. un. 2. F. 48. Sive committatur in personam ipsius Vasalli, sive etjam alterius, c. un. ibi ex factio 2. F. 47. Ros. c. 11. concl. 20. n. 9. Vult. c. 11. n. 52. Borch. c. 8. n. 133. Mozz. b. t. n. 122. Nec interest, an novum, an verò antiquum sit. vid. prolixius quæ habet Ant. Gorbosr. d. d. 11.

Royal

XII.

Hoc igitur modo Feudo revertente, videndum est, quid de fructibus, meliorationibus, & similibus statuendum sit. Sanè sine maleficio Feudo reverso omnes fructus à solo separati & percepti ad heredes Vasalli pleno jure pertinent; (a) Et Sumtus meliorationis Vasallo, ejusq; heredibus allodialibus Dominus solvere, aut pati, ut ædificium tollatur, cogitur: (b) Per culpam autem reverso, nec fructus (c) nec meliorationes repetuntur.

(a) *arg. tit. an agnat. vel fil. adeò ut tam mortis causâ alienare, puta donare, testari, quam inter vivos distrahere, puta vendere, locare &c. pro arbitrio possit. De Stantibus autem seu pendentibus ardua lis est orta inter F. F. Nos distinguimus, utrum ante Calendas Martias, vel post Augustum completum defunctus sit, an vero inter Calendas Mart. & Calendas Septembr. Hoc casu omnes ejus anni fructus ad heredes transmittuntur: Illo omnes ad Dominum pertinent, c. un. §. hinc consequenter. Hic finitur lex. Borch. c. 7. n. 95. Vult. c. 11. n. 110. Fach. 7. cont. 95. ubi dicit hinc locum habere L. Non omnium. ff. de LL. Pistor. p. 1. quest. 24. n. 24.*

Rittersh. P. F. 2. c. 7. q. 34. (b) arg. d. c. un. §. si
 Vasallus, 2. F. 28. Et si meliorationes in F. à Va-
 fallo factas Domino concederemus, nullo re-
 stituto pretio, certe Dominus cum alterius
 jacturâ locupletior fieret, contra l. 206. de R. F.
 §. 7. quemad, test. aper. Rittersh. d. l. q. 38. Vult. d. c. 11.
 n. 113. Gothofr. d. 12. th. 7. Pistor quest. 42. n. 4.
 (c) puta, extantes, seu pendentes, tam natu-
 rales, quam industriales, arg. §. nisi hereditas.
 F. de off. jud. l. 5. C. de R. V. l. 22. C. Eod. l. 52. de
 per. her. Borch. c. 7. in f. n. 95. Sibi enim imputet,
 qui talem culpam committendo se Feudo, e-
 jusq; fructibus indignum fecit; idem constitu-
 tum est in perceptis à tempore commissæ cul-
 pæ: Eos verò, quos ante percepit, pleno jure
 suos facit indistinctè, arg. l. bona fidei. ff. de ac-
 quir. rer. dom. Etiam si percepti & à solo separa-
 ti nondum sint reconditi, arg. l. qui fut. 25. §. 1.
 de usufr. Schr. p. 2. part. princ. 9. Sect. 3. n. 111. (d)
 Tunc enim meliorationes omnes, quamvis ma-
 gni pretij sint, illi lucro cedunt, cui Feudum
 aperitur, vel Domino, vel agnatis proximis,
 secundum distinctionem in th. preced. assigna-
 tam. Vult. c. 11. n. 114. Pistor. d. l. 2. p. 2. q. 42.
 n. 29. Rittersh. P. F. 2. c. 6. q. 38. Ros. c. 10. concl. 43.
 n. 2. Diss. Fath. 7. contr. 90. Gothofr. D. F. 12. th. 7.
 Schr. 17. F. p. 9. Sect. 2. §. 4. &c. Ad quos de uti-
 li Impensarum ac meliorationum materiâ bre-
 vitatis causa remittimus plura de siderantem.

Corollaria ex Jure Civ.

1. *Causa matrimonialis cum sit negotium omnium, quæ
 inter mortales geruntur, gravissimum, & periculosissimum.*
 c. f. de

c. f. de procur. in 6. Gail. 2. obs. 94. in pr. *Sane ardua ac anceps, tamq̃ in Ecclesijs, quam in Curijs disputata est quaestio: An, si quis errore ductus desloratam & compressam ab alio pro virgine duxerit, matrimonium rescindi possit? Nos omnem lapidem prius movendum esse censemus, quo reconcilieter corrupta Sponsus, seu maritus, qui si placari non potest, rectè rescindi videtur; Et ita nob̃ iscum tenent Beust. de matr. p. 2. c. 34. Mœnn. Eod. tr. p. 5. c. 14. Hack. D. ill. quaest. 14. pos. 9. Harpr. ad §. 11. J. de nupt. n. 46. & seqq. Treutl. p. 2. d. 6. th. 6. l. E. Diff. Wesfenb. in par. ff. de rit. Nupt. n. 8. Kling. de caus. marr. tit. de Error. qual. p. 14. Forst. disp. I. 3. th. 23. Bronch. cent. 3. EVERT. aff. 3. Bacchov. ad Treutl. d. loc.*

II. *An quemadmodum Divortij instituendi justa causa perhibetur Debilitas ac Impotentia mariti, ita propter uxoris sterilitatem matrimonium dissolvi queat? Neg. cum Harpr. ad §. 11. l. de Nupt. n. 108. junct. n. 102. Arnif. de jur. conn. c. 6. sect. 8.*

III. *Dionijs. Halicarn. lib. 2. ἀσχαλός. docet, Romuli lege concessam castigationem marito. Et Arist. 1. Polit. 8. ait, Potestatem πατριῶν seu maritalem respondere Imperio civili in cives: Hascè traditiones cum nonnulli maritorum de facto exequuntur, sæpius malè tractando suas mulierculas, non absq̃ ratione dubitatur, An si Maritus uxorem suam asperius, quam debebat, verberibus exceperit, propterea justè divortium concedi possit? Si nimis fuerit crudelis & execranda mariti sevitia, uxori ab ipso secedere licet, nec redire cogitur, nisi sufficienti præstitâ cautione; adeo ut si cautio non sufficiat, nec securè cum ipso mulier habitare possit, implorato auxilio judicis, quoad mutuam cohabitationem fr̃vèthorum Divortium esto, Per c. ex transmissa, c. literas. de restit. Spoliat. Harpr. d. §. n. 116.*

IV. *Consen-*

IV. Consensus parentum, inquit Imp. in princ. J. de Nupt. adeò est necessarius, ut semper debeat precedere: inde spinosa admodum nata est controversia, An Nuptias de facto, in scijs sivè invitjs & reluctantis parentibus contractas insecutâ Carnali copulâ Patria potestas solvere queat? Ob publicam utilitatem æquius ac humanius est, ut affirmemus cum Harpr. ad pr. J. de Nupt. n. 70. Wes. in par. de Nupt. n. 8. Arum. d. J. 22. Diff. Hunn. ad Treutl. disp. de Nupt. q. 46. Oldendorp. cl. 5. act. 26. & cæteri ab Harp. d. l. alleg.

V. Exhereditatio cum idcirco adinventâ sit, ut injuria privata parentibus illata vindicetur: Ob causas æquè graves, vel graviores, quàm qua in Novell. 115. c. 3. sunt expressa, Exheredationem legitimam non agnoscimus cum Harpr. ad §. fin. l. de exh. lib. n. 65. Forst. lib. 2. d. 12. th. 28. Arum. disp. l. 10. th. 3. Treutl. p. 1. d. 13. th. 8. l. c. ubi Hunn. Diff. Bacch. ad Tr. d. loc. alienam ac falsam opinionem ipsi affingens. Hack. q. ill. disp. 6. th. 10. & disp. 16. th. 14. l. a. Fach. lib. 6. c. 78. Wes. in parat. ff. d. lib. & posth. exh. n. 5.

VI. An L. Si unquam. 8. C. de Revoc. Don. non solum in Patrono, sed alio quovis Donatore locum habeat? Affirmativa quidem opinio est humanior, eamq. usus & practica ita mordicus retinuit, ut ab ejus faucibus eruere nemo queat: Veruntamen si merum jus respicias, si phrasin & rationem adductam in d. l. consideres, verior negativa existet, vid. Arum. D. J. 6. th. 16. Bocer. de Donat. c. 3. n. 111. Bronch. cent. 3. ass. 74. Treutl. p. 2. d. 19. th. 7. lit. E. ubi Bacch. & Hunn.



Disput. 8.

c. f. de procur. in 6. Gail. 2. obs. 94.
ac anceps, tamq̄ in Ecclesijs, quam in
quæstio: An, si quis errore ductus deflorat
ab alio pro virgine duxerit, matrimoni
Nos omnem lapidem prius movendum est
conciliatè corrupta Sponsus, seu maritus,
potest, rectè rescindi videtur; Et ita nob
de matr. p. 2. c. 34. Monn. Eod. tr.
D. ill. quæst. 14. pos. 9. Harpr. ad
n. 46. & seqq. Treutl. p. 2. d. 6. th.
fenb. in par. ff. de rit. Nupt. n. 8. Kl
tit. de Error. qual. p. 14. Forst. disp. I.
cent. 3. EVART. aff. 3. Bacchov. ad Treu

II. An quemadmodum Divortij inst
perhibetur Debilitas ac Impotentia mari
rù sterilitatem matrimonium dissolvi quea
ad §. 11. I. de Nupt. n. 108. junct. 1
jur. conn. c. 6. sect. 8.

III. Dionijs. Halicarn. lib. 2
Romuli lege concessam castigationem m
Polit. 8. ait, Potestatem paup̄um seu ma
Imperio civili in cives: Hascè traditiones
ritorum de facto exequuntur, sæpiùs male
lierculas, non absq̄ ratione dubitatur, An
suam asperius, quam debebat, verbera
pterea justè divortium concedi possit? Si
lis & execranda mariti sævitia, uxori a
nec redire cogitur, nisi sufficienti præsiti
si cautio non sufficiat, nec securè cum ip
possit, implorato auxilio judicis, quoad m
nem sive thorum Divortium esto, Per c.
litteras. de restit. Spoliat. Harpr. d. §.

ardua
ata est
essam
possit?
uore
i non
Beust.
Hack.
nupt.
We-
marr.
onch.

causa
ruxo-
larpr.
ais de

docet,
ist. I.
ndere
li ma
as mu-
xorem
, pro-
crude-
e licet,
deò ut
itare
itatio-
lla, c
onsen-

